UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1846**

X. Conrad Nicolaus und Dieterich von Quitzow verzichten auf den Hof Eichbaum in Königsmark zu Gunsten des Pfarrers Meinhard, am 14. April 1336.

**Nutzungsbedingungen**

urn:nbn:de:hbz:466:1-54572

Visual Library

mino Gherwino prepoſito Bernouienſi, domino Yſeltryth Marſchalco, Hinrico de Wedele, et Arnoldo et Henningho de Vchtenhagen famulis, Conrado Hidden, Reinero Caluen, Hinrico Vranken, Sandero de Vngelingen civibus in Stendal cum pluribus fide dignis. Actum Arneborch, anno domini M°CCC°XXXVI°, dominica Miſericordias domini.

---

## X. Conrad Nicolaus und Dieterich von Quitzow verzichten auf den Hof Eichbaum in Königsmark zu Gunſten des Pfarrers Meinhard, am 14. April 1336.

Nos Conradus, Nicolaus & Thidericus, fratres dicti de Quitzow famuli, recognoſcimus — quod ſuper inpheodatione curie Eykbom ſite in Konigesmarke ab illuſtri principe domino noſtro Lodewico Brandenburgenſi Marchione contra juſtitiam Domini Meinardi plebani in Konigesmarke, cui a Domino Marchione predicta curia eſt appropriata, nobis facta, expediti nunc a veridicis viris Domino Gherwino prepoſito Bernovenſi, Domino Johanne de Buch, Domino Wilhelmo de Kruſemarck, Domino Henningho de Jhagowe, ita ut ab eadem cedimus, & preſentibus dicte curie - - - - renunciamus, proteſtantes, dictam curiam dicto domino Meynardo pertinere pleno jure. Nichilominus dictus dominus Meynardus nobis pro ſeminibus & aliis expenſis per nos & noſtram familiam habitis quatuor talenta Brandenburgenſium denariorum cum marca ejusdem argenti perſolvit in parato. Ex hoc ipſum promovere volumus, in quantum poſſumus, quod preſentibus promittimus una cum Domino Henningo de Jagowe, quem in compromiſſorem noſtrum ad hec poſuimus, & ſepe dictum dominum Meynardum mittimus ad poſſidendum & percipiendum omnes fructus, qui nobis & uſui noſtro a quibuscunque perſonis ex eadem curia poterunt provenire. Hujus ceſſionis a dicta curia & renunciationis teſtes ſunt honeſti viri Dominus Henningus de Yaghowe, Dominus Yſeltreuth Marſcalcus, milites, Henricus de Wedele, Johannes Poltzin, Arnoldus & Henningus fratres de Vchtenhaghen, famuli, Conradus Hidde, Reinerus Kalve, Hinricus Franconis, Sanderus de Vnghelinge, cives in Stendal cum pluribus fide dignis. Datum Arneborch, Anno Domini Milleſimo trecenteſimo trigeſimo ſexto, Dominica Miſericordias Domini.

Nach Lenz Br. Urk. S. 245—247.

---

## XI. Markgraf Ludwig verſchreibt von Neuem dem Pfarrer Meinhard in Königsmark den Hof Eichbaum daſelbſt zur Verwendung in geiſtlichen Beſitz, am 1. Jan. 1337.

— Nos Ludowicus etc. profitemur, quod curiam dictam Eikebom ſitam in Kongesmarke et duos manſos dicte curie adjacentes cum decima et omni uſufructu Domino Meynardo, plebano in Konnigesmarke, dedimus et preſentibus liberaliter donamus cum omni proprietate et jure et absque ſerviciis reali vel perſonali, precariis et angariis, quibuscunque nominibus cenſeantur, libere, ſicut venerabilis pater Dominus Henricus, Kyovienſis eccleſie epiſcopus, ipſam poſſedit, et